4031 arca cum operculo. Desenzani TRAI., ante Carmelitarum templum add. MED., apud basilicam D. Mariae ordinis Carmelitarum extra portam MANUT., in coemeterio Carmelitarum ad lacum GNOCCHI. *In un cortile del collegio Bagatta* IOLI. Nunc ibidem in loco editissimo, quo difficile pervenitur vel scalis admotis.

in latere: *mulier sedens cornu copiae tenens; ante eam stat puer fructus (?) ei porrigens*

puer alatus stans facem tenens inversam

D M
A T I L I A E · P · F I L
VRBICAE
P·P·ABIDII·P·P·F·F· TILICIVS
ATILIANVS · ET · VRBICVS
FIL · MATRI · PIISSIMAE
ЄΥΧΡѠΤΙ

puer alatus stans facem tenens inversam

in latere: *mulier sedens citharam tenens; ante eam stat puer fructus (?) ei porrigens*

Contuli ut fieri potuit. Habent Solatiani Traiectinus n. 148, Mediceus n. 207, Arragonensis ms. n. 188=137; Manutius cod. Vat. 5237 f. 466; Grut. 720, 6 ex Velseri schedis; Grattarolo p. 115; Rossi p. 38 (inde Mur. 1241, 11) qui aere expressit; Averoldus misc. vol. 4 f. 161, qui vidit a. 1698; Gnocchi ms. p. 231; Ioli cat. mus. f. 79; Bagatta *opere* (1832) 1, 184 sq. Memorat Maffei M. V. 192, item *dittico Quir.* p. 24, ubi mulierem cithara sonantem repraesentavit.

4 sic fere etiam priores, nec dubitandum est de lectione. Duo filii dicti fuerunt P. Abidius P. f. Tilicius Atilianus et P. Abidius P. f. Urbicus.

4032 Desenzani in collegio Bagattiano BAGATTA. Ibidem adhuc, sed scriptura hodie latente.

IN FRONTE
PEDES CCC
IN AGR PED CC

Bagatta *opere* (1832) 1, 198; Labus in schedis Athenaei; dedit delineatam Rambottius.

4033 Lonati *nel muro alla Beata Vergine del Corso* BROGN.

Q·CAIICIIVS
Q · F
AIINBVRA

Fabrett. 397, 279 auctore non indicato; Brognoli ms. f. 30' qui vidit; Labus ms.

1 CAIICIIVS Fabr., CAIICILVS Brogn., CAICILVS Lab. — 2 Q·L Fabr. Brogn.

XL. *Ager inter Benacum Mincium Ollium Clesum.*

Inter Mantuam Veronam Brixiam interiectus ager comprehensus fluviis tribus Mincio Ollio Cleso lacuque Benaco titulos protulit adhuc ex locis his Goito, Ceresara, Guidizzolo, Piubega, Acquanegra, Asola, Casalmoro, Casaloldo, Casalpoglio, Castelgoffredo, Medole, Carpenedolo, Montechiari, sed ut ubivis rari appareant et privati sint omnes. Nos hoc capite eos composuimus, maxime ne praeiudicium fiat finium regundorum iudicio inter tria oppida supra dicta. Veronensium tribus Poblilia reperitur bis, in Carpenedolensi n. 4050 et in Montechiarensi n. 4052; Brixianorum Fabia semel in Guidizzolensi n. 4038; praeterea collegium fabrum tituli Medolensis n. 4048 magis est, ut sit Brixianum saepe nominatum quam Veronense.

4034/5 in castello Godiano [intellegitur Goito, quem vicum in chartis vetustis saepe dici Godium certiorem me fecit comes Carolus d' Arco] in quadam capsula marmorea ANTIQUI, qui referunt inter Mantuanas. — Comacchio *nel cimiterio della cattedrale verso settentrione, stava nella capella del sagramento* FERRI, fraude opinor.

ORBIA·M·L·SERVILLA
VXOR
L·TERENTI·ANTEROTIS

A Cyriaco opinor descriptam habent cod. Mutinensis (Siederi) VI. F. 28; Felicianus cod. Tarvis. f. 210' et in syll. Mant. 4; Marcanova cod. Mut. f. 134 Mant. 4; Ferrarinus cod. Trai. f. 37' (inde Mur. 1384, 3 e schedis Valerii); Lilius f. 5 (inde omnino, non ex Servio, Reines. 14, 116). Habet deinde tamquam Comacchiensem Ferri Comacchio (1701) p. 32. 339, a quo pendent Mur. ms. 19, 227 et ed. l. c. 'ex schedis suis' et auctores Ferrarienses Scalabrini inscr. n. 54 et Frizzi Ferr. 1, 230. A prioribus Labus mus. Mant. 3, 351.

In vv. div. secutus sum Felic. (Tarvis.) — 1 M·F Felic. (Veron., non Marcian.) Ferrar. (Trai. solus). — SERVILLA veri auctores omnes, SERVILIA Ferrar. Mur. Reines. (contra Lil.). — Ferri l. c. sic dat: D·M | ORBIAE·A·F·SERVILLAE·VXORI | V·A·XXVI·M·II·D·V | L·TERENTIVS·ANTEROTES·ET·S | H·M·H·N·S omnino interpolans titulum Goitensem; quis enim, ut alia mittam, nominativum feret ANTEROTES?

4036 Ceresarae in ecclesia olim pro vasculo aquae sacrae (nam sic intellegendum quod praescripsit IUCUNDUS cum asseclis: 'Mantuae in pilo aquae benedictae ubi dicitur a Cereso'). Ibidem a. 1739 denuo sub terra in hortis suis repperit parochus Bettini AMADEI ALIIQUE. Ex iis hortis venit in museum Mantuanum, ubi prostat sub n. 102.

MERCVRIO
Q·LOCCEIVS
SECVNDVS
EX · VOTO
ANTONINO · III p. C. 208
ET GETA II COS

Contuli. Ex antiquis habet unus Iucundus f. 183, a quo pendent Lilius f. 5 (inde Grut. 55, 3 ex Verderi schedis) et Apianus 323, 5 (inde Ligorius ms. Taur. 11 et ex eo Gud. 36, 7). Denuo ex lapide Amadei ms. 1 f. 7 in adnotatione (nam in textu dat per Maffeium ex Apiano); Mur. 1996, 8 a Pichio medico Mantuano; Visi ms. et ed. 1 (1781), 51; Volta ms.; schedae bibl. publ. Mantuanae visae Portiolio; Borsa p. 27; Labus *epigr. lat. scop. in Egitto* p. 21 et mus. Mant. 1, 223 tab. 48; Borghesi qui vidit *Giorn. Arcad.* 1821, 2, 213 (opp. 3, 83). Tractavit Marini Arv. p. 179 n. 97.

2 Q·LOCCEIVS Iuc. et recentiores recte, R·LOCREIVS Lil. Grut., L·LOCRETIVS Apian. Lig.; quae apposui, ut constaret de derivatione exemplorum. — 5. 6 sic iam antiqui iis quae erasa sunt omissis; D·D·K·IVL·M·ANTONINO·COMMODO·III·ET VIRIO·BYRRHO·COS Ligorius. Verba ET·GETA·II licet erasa tamen facile adhuc leguntur.